

noso concessum ei non prodesse, si aliud delictum committit, quia illud ipsum aggrauat; imò potest etiam dici quod numerus furtorum aggrauat, & sic, quòd præcedentia aggrauant sequentia, & sequentia præcedentia, & ita concludo, quòd per quæcunq; iudicem, siue originis, siue domicilij, vel delicti, dummodo tria furta commissa fuerint, fures possunt puniri ad mortem, iuxta formam statuti, vel consuetudinis, & ita semper vidi obseruari. Et ad illud, quòd hic dicit D. Clarus quòd hanc opinionem seruaret, si fur esset subditus ratione originis, vel domicilij; aliàs non, respondetur per supradicta, scilicet, quòd quis non habet directo, habet per consequentiam, & concomitantiam, vt dicunt Bald. & Gand. in locis sup. citatis. Ego valde ad miror quòd multi consilentes cauillationibus conantur defendere fures, & latrones, ne pœnis furcarum puniantur; qui si carnificibus non traderentur, nemo ab eorum manibus tutus esset. Illi iudices, qui, reiectis subtilitatibus, eos suspendi faciunt omni gloria sunt digni, & non sunt feroces, nec crudeles, vt aliqui dicunt, capitul. non est crudelis, 23. quæst. 5. * nam cum furibus, & latronibus non est misericorditer agendum, sed crudeliter, & rigorosè. §. oportet autem. vt iud. quoquo suffrag. per quem tex. ita dicit Bal. in l. eos col. 1. ad fi. C. de execut. rei iud. & Mant. conf. 266. numero 63. quinimo Beatus Gregorius in expositione Psalmi, 7. labitabit iustus; dicit iudicem esse pestem Reipublicæ, qui reos cum rigore non corrigit, & secundum Paul. de Castr. in l. nemo, C. de epif. aud. non potest Deo pinguior victima mactari, quam homo iniquus, & in sacris litteris scriptum est non permittas viuere maleficum super terram. Ego quidem fui semper sceleratorum hominum persecutor, & præsertim furum, & latronum, qui sunt pestis super terram. Germania felix, vbi raro furta, & latrocinia committuntur quia omni cum scelerata, & absque misericordia puniuntur, & sic in illis partibus omnes sunt tuti de eorum bonis, & personis: nam iudices, dum apparet commissum crimen, & a quo, debent esse prompti ad puniendum nec debent ponderare omnes subtilitates iu-

ris; fauor enim publicæ disciplinæ suadet, vt maleficia non remaneant impunita, Gramat. in decisione trigesima sexta numero sexagesimo tertio vbi dicit etiam, quòd quando delinquentes non puniuntur, publica turbatur læticia, * & odio furum regulæ iuris exorbitant. §. sic itaque institutione action. & Mantica dicto consilio ducentesimo sexagesimo sexto numero 64. & ait etiam. Bald. in cap. olim. colum. penul. de rescript. quòd contra malos non est vtendum malua, seu emplastro, sed gladio: ita faciunt boni rectores, qui sunt soliti prudenter gubernare Ciuitates, & Prouincias, vt malis hominibus expugnentur l. congruit de off. præsid. Baurard.

u. Quero nunquid illa? Quid si duo, hic, & vnum extra territorij Bonacoff. quæst. crimin. verbo furum, folio. a tergo vbi etiam plura demateria furum. Rosi.

61. x. Quero etiam, stante statuto. Adde quòd dictum statutum procedit, etiam si fur pro primis duobus furtis non fuerit punitus, seu condemnatus, secundum Gomef. de delictis, capit. 5. numero 9. versicu. sed his non obstantibus, vbi attestatur de communi, hoc etiam decidit Bald. in consilio 247. ad euidentiam, volum. 4. quòd à fortiori comprobatur, si statutum habet locum, quando fur pro alijs furtis penas luit; tergo multo magis si de aliquo punitus non fuerit.

62. Item quod adde, si statutum diceret quòd, qui commiserit primum furum, incidantur ei auriculæ, qui secundum, incidantur nares, qui tertium, oculi eruantur, qui quartum, furca suspendatur, requiritur ad hoc vt possit puniri pro quarto furto ad penam furcarum, quòd pro primis tribus furtis fuerit condemnatus, ita Decian. in consilio 24. numero 16. cum sequen. volum. tertio sed ego arbitror hoc, verum non esse, nec aliquo modo posse sustineri; quia hoc non probant doctores, quos, ipse allegauit, vt penes eos est videre? & per ea, quæ tradit Gomefius. in dicto capitulo sexto, numero, nono si que interpretatio Deciani esset vera, maximum resisteret inconueniens, quòd si aliquis centum furta commisset, non posset puniri, nisi ad incisionem auricularum & po-

& postea alia centum, nisi ad incisionem nares, & sic ad infinitum antequam furca suspendatur: sequeretur etiam, quòd non posset suspendi fures, nisi prædictis membris mutilati essent, & tamen in ciuitate Venetiatarum, vbi dicit Decianus, extare tale statutum, vidi multos fures suspensos, qui auricularum, nares, & oculos habebant.

63. Item quod adde, stante statuto, quòd pro tertio furto, vel pro tribus furtis fur suspendi possit: si in inquisitione dictum fuerit, quòd furum commiserit tribus vicibus, poterit puniri ad penam furcarum, si ex narratione furtorum facta in inquisitione apparebit de temporis intervallo, vt putat, quòd vna die fecerit vnum furum, alia die aliud, & alio tempore aliud, ita tradit Bald. in d. consilio 247. vol. 5.

64. Item quod adde, quòd etiam furta, de quibus non potest cognosci cursu temporis, vel diuersitate loci aggrauant, secundum Dyn. & alios communiter, in l. si cui, §. fin. ff. de accusat. & ita communiter seruatur per iudices, etiam quòd extarent statuta, quòd de talibus delictis post certum tempus, vel in alio loco commissis, non possit fieri processus; & quicquid in contrarium fiat, sit ipso iure nullum: & de illis statutis nihil curant, ita dicit Nell. de bann. in 2. parte 1. temp. q. 6. quem refert, & sequitur Marian. Socin. in capit. qualiter, & quando, num. 909. de accus. & Gomef. in cap. 5. sub nota. 8. de delict. Baurard.

y. Duo furta. Sed nunquid pena mortis imponitur pro notabili furto, quòd æquiparatur tribus furtis, vide pro, & contra, per Rolan. eius conf. 61. num. 43. vol. 1. per Ang. de Aret. §. 1. nu. 6. inst. vi. bon. rapt. Giach.

2. Sed quid si? Vulpel. resp. 146. vbi etiam si pro prioribus non fuerit punitus. Bald. conf. 247. lib. 5. vide etiam ea, quæ supra in §. Adulterium, uer. sed pone. fol. 5. & Boer. decif. 219. & Menoch. casu 295. nu. 17. & seq. siue tractat. de arbit. iud. ad Bonacof. in q. crimin. uerb. furum. Rosi.

65. Sed quid si? Adde quod si quis fuerit inquisitus de tribus furtis, tamen de primo, & secundus fuit absolutus à iudice, illa duo prima non debent computari, ut aggrauet ultimum, quia effectualiter duo prima non commisit, Cassan. in consuetud. Burgund. §. quinto, fol. 160. sub numero decimo sexto, uerf. contrarium, sed Cels. Hugo. in consilio octuagesimo quinto, hanc quæstionem diffusè tractauit, & concludit, quòd nedum delicta, quæ commisit aiquis in alieno territorio, de quibus index cognoscere non potest, siue quia in alieno territorio commissa fuerunt; siue quia ex condemnatione secuta fuit condemnatus pro illis, siue quia sit præscriptione tutus, uel quia sit à Principe gratus, accumulatur ad effectum aggrauandi delictum, postea commissum, sed etiam delicta, de quibus fuit absolutus per iudicis diffinitiuam sententiam, quando de delictis, de quibus fuit absolutus, veraciter fu erat annotatus; & idè vide eum omnino, quia multum egrègiè hac quæstionem examinauit, & de hoc etiam liabetur per Menochium 66 de arbit. iudic. casu 295. numero decimo octauo, & quod etiam quod de illis penas soluisset, ut ibi per eum (sub numero de 67. quimonono: & ita seruatur per iudices, dato quod etiam, quòd extarent statuta, quòd de talibus delictis ante tempus, uel alio loco Inlij Clari Sentent. Pract. Crimin.

co commissis non posset fieri processus, & quicquid in contrarium fiat, sit ipso iure nullum, & de illis statutis nihil curant, ita dicit Nell. de bannitis in 2. par. 2. temp. q. 6. Baurard.

a. Vnum tamen nota. Contrarium in adulterio fupt. in §. Adulterium, uerf. sed pone. Drog.

refert Didac. lib. 2. resfol. c. 10. num. 2. circa fin.

14. a. Vnum tamen nota in hoc proposito, quòd ad hoc, vt dicantur esse tria furta, debent esse distincta non solum res, sed etiam tempore, & ita tenent communitè Doctores, vt dicit Capoll. in dicta Auth. sed nouo iure, nu. 105.

15. b. Est igitur pena furum, vt furca suspendantur: & idè non debet eis caput amputari, ex quo hæc pena propriè est contra eos à consuetudine introducta, & ita concludunt communiter Doctores, vt dicit Chaff. super consuet. Burg. fol. 47. num. 3.

16. Pena autem quadrupli à iure communi imposita pro furto hodie non est in consuetudine; sed pena corporalis tantum, vt attestatur Capolla in dicta Authentica sed nouo iure, numero 59. Et dato quòd adhuc vigeret hæc pena quadrupli, quòd per illa uerba, sex vicibus, intelliguntur sex furta, & de hoc uide etiam Chaff. super consuet. Burgun. fol. 168. num. 1. Baurard.

* Ita tenent. Etiam Bald. in dict. Authen. sed nouo iure, nu. 5. in conf. 247. & 358. 5. par. Soc. in conf. 33. col. 4. ad finè. lib. 4. refert, & sequitur Boss. tit. de pen. col. 7. uerf. quomodo. Et quando fur fatetur fecisse plura furta diuersis temporibus, intelligitur continuatis, ita ut non censatur plura furta, per las. in l. iudicus, ff. solut. matrim. quem refert, & simpliciter sequitur Boss. tit. de furtis, num. 17. sed an cõfiteri fecisse plura furta sit credendum, uide Bald. dict. Authen. sed nouo iure. Castrenf. & Ang. in l. certum. in princ. ff. de confess. Gandal. tit. de præsumptio. & in di. dubi. post numer. uerf. aliud est. Angel. de Aret. de malefic. uerf. uestem. numero uigesimo quinto. Et omnino per Boss. tit. de delict. sub numero decimo quinto, & numero sequent. ubi declarat, quòd non in confessione nuda, & secus in confessione, de qua stabat iudicium, uel fama. Giach.

70. b. Est igitur pena furum. Adde quod nobiles furcis non suspenduntur: sed concurrente enormitate delicti, suspenduntur, Grammat. voto 3. numero octauo, & in hoc discrimine furci non fit distinctio inter nobilem, & ignobilem, Afflic. in constit. terminum uitæ, numero 46. lib. 1. & ibi dicit, quòd furca est pena ignominiosa in Italia: secus in Francia, & quòd nobiles in Italia pro homicidio amputatione capitis puniuntur, & non nobiles furca suspenduntur, quia est maior pena amputationis capitis, cum sit magis ignominiosa, Bartol. in l. desertorem in princ. ff. de re milit. Bald. conf. 348. vol. 3. & Deci. in consil. 65. num. 4. & 5. etiam quòd debeant furca suspendi, habetur per Bal. in cap. 1. de pac. iur. firman. §. iniuria

71. nobles in Italia pro homicidio amputatione capitis puniuntur, & non nobiles furca suspenduntur, quia est maior pena amputationis capitis, cum sit magis ignominiosa, Bartol. in l. desertorem in princ. ff. de re milit. Bald. conf. 348. vol. 3. & Deci. in consil. 65. num. 4. & 5. etiam quòd debeant furca suspendi, habetur per Bal. in cap. 1. de pac. iur. firman. §. iniuria

72. punitur n. 9. Itè adde quod de consuet. milites non suspenduntur etiam pro delicto, pro quo plebeius suspendatur, secundum Bal. in cap. 1. §. si rusticus, de pac. ten. sed ego uidi seruari contrarium, & seruari, concurrente enormitate delicti.

73. Pena autem quadrupli. Adde quod uidentur Couarru. in cap.

Vnum tamen nota.]

68. Adde quod si plura furta una die commissa fuerint in una domo, uel in pluribus dicitur unum furum, secundum Boer. decif. 219. quòd refert, & sequitur Menoc. de arbit. iudic. cas. 295. num. 20.

69. Item quod adde, quòd si fur confessus fuerit, se plura furta fecisse eodè loco diuersis temporibus, illa confessio debet interpretari pro fure in mitior parte, scilicet, & quòd fecerit diuersis temporibus continuatis, unde erit unum furum tantum, & non plura, nisi dicatur, cum temporis intervallo, secundum Bald. in auth. sed nouo iure, col. 3. uerf. quid si confitetur, C. de seru. fug. Alexand. conf. 71. nu. 14. inter consil. crimin. diuers. uolum. 2. paru. impress. sed Bal. in conf. 247. col. 1. uol. 5. plenius hac quæstionem disputat: & est sibi cõtrarius, cum dicat

cap. peccatum de reg. iur. in 6. par. 2. §. vbi late, quæ fur teneatur restituere in foro conscientie, & re extincta, an teneatur ad estimationem, etiam si perierit absque eius culpa, quando eodem modo apud dominum peritura fuisset, & teneatur etiam restituere impensas, quam furtum passus fecit in quaerenda re sibi furto subtrahata, scilicet eas, quas vir prudens, & bonus facere debuisse, quia earum causa fuit, & non solum fur, sed etiam quilibet alius malefactor teneatur ad interesse damni, etiam extrinsecum, Nauarr. in Manuali confessor. capitulo decimosextimo, numero 140. tomo 1. fol. 220. Baiard.

74 *Infra conscientiam* Contrarium tamen, ut teneatur, secundum legem Mosaicam, habetur Exod. capitulo vigesimo secundo in principio, sed an fur restituendo rem furatam penam euitet quod non, Menoch. de arbit. iudic. libro primo, quest. 5. sub numero secundo. Contrarium tamen, quod fante presentia statuto, necesse non sit, quod fur condemnatus fuerit pro primis duobus furtis, tenuit Gomelius de delictis, tit. de furto, num. 9. Drog.

Potest etiam fur deprehensus. Adde tamen aduertendum, quod non licet tertio, auferre rem furto subtrahatam a fure, dato, quod eum inueniret in flagrante crimine, Baldus in lege vi vim, ff. de iustitia, & iure. Ioanni de Aluarot. conf. 74. nu. 51. inter consil. crimin. diuersor. vol. 1. parue impressionis per notat. in l. itaque fullo, ff. de furto, & ita sentit Bald. in l. vi vim, ff. de iust. & iur. tamen gloss. in cap. primo, de pace tenend. videtur hoc restringere ad personas continuas.

76 *Item tamen adde, quod deprehensus in furto in flagrante, potest furtigari sine prolatione diffinitive sententiae.* Angelus in lege ictus furtum, columna prima, ff. de his, qui not. infam. & Iason in l. vnica. numero 29. ff. si quis iudicent. non obtemp. Baiard.

77 *Item contra furem iuratur in litem.* Adde tamen videndum omnino Mascard. de probation. in conclus. 471. vbi latissime habetur, an, & quando damnum probari possit per iuramentum damnum passus, & an contra dictum iuramentum contrarium probari possit, & vide etiam Angel. in l. qui vas, C. de furto. Baiard.

Plotus in repet. l. si quando num. 189. Adde etiam, & distingue, ut infra in §. fin. questione 2. ver. & hæc, vide Crauet. perbellè de antiquit. temp. part. 1. ver. vidimus, sub nu. 15. Drog.

78 *Quando autem dicatur constare de furto.* Adde tamen quod dicitur constare de furto, si iudex: quando dicitur furtum fuisse commissum, faciat describi per Notarium querelam, Testes, & missionem Officialis sui, vbi commissum fuit furtum, & relationem, & debet verificari, quod res, quæ dicitur furto subtrahata, erat in domo, & quod auditus fuit rumor, vel acclamatio, vel quod dominus rei conquestus est cum vicinis, ita tradit Roland. in consilio quinquagesimo primo, numero 10. & 11. vbi posuit alias præsumptiones, sed latius per Mascard. in conclus. 830. & 831. & 832. vol. 2. inter alias

præsumptiones sufficit legalitas personæ damnum passi, & lamentationes, Foller. in pract. crim. in ver. capiat informationem, nu. 17. & 18. & potest probari per testes domesticos, per socios, & familiares, qui dixerint se audisse strepitum de nocte, & clamorem, item se vidisse res antea esse in domo

hoc iuramento illius, cui furtum est factum: & ita quotidie practuratur, ut dicit Bos. in tit. de rapinis, num. 36. Et dicitur in hoc proposito concurrere talis difficultas probationis, vbi quæque res furata non extet. Et hæc est communis opin. ut attestatur Bos. in loco præall. num. 37. Sed in hoc proposito videnda sunt quæ dixi inf. lib. 7. §. iuramentum, vbi diffusè tractauimus articulum.

79 *Item tamen adde, quod non obstante statuto, probationes testimonij rei iudicantis furtum per testes probari potest.* An consilio 55. numero 2. & ratio, quia furtum de iure diuino est prohibitum, sequitur Marfil. in rubric. numer. 52. C. de probat. Baiard.

Excusatur autem fur à pena pro furto imposita, si probet, quod ille, cui furatur, est, erat eius debitor, & quod ab eo creditum suum consequi non poterat: licitum est enim ei, qui non potest à suo debitore pecuniam, vel rem aliquam consequi, æquiualentem rem, seu quantitatem ei surripere. Et hæc est communis opin. ut ait Didac.

de obliqua ex deli. nascun. Giach. *Excusatur autem fur.* Adde, quod hoc dictum est verum si nullum istorum quatuor concurrat. Primum quod possit iudice sententia, suum rehabere, quia nemo debet sibi iniudicare: secundum scandalum sui, vel proximi innocentis, cuius forte custodiæ erat res commendata: tertium, periculum mortis corporalis, vel alterius læsionis magnæ; quartum periculum mortalis peccatis, scilicet perituri, & huiusmodi, quia aliquo istorum interueniente non licet, imò si accipit, & imminet periculum aliquod istorum triu postremo dictorum, teneatur restituere, ita declarat Sum. Ang. in verbo furtum, n. 40. quæ sequitur Abn. in tract. de execut. c. 58. n. 4. p. 2. & tamen Sum. Sylu. in ver. furtum in 13. q. sex requiruntur, & quando liceat furto subtrahere sibi debitum, late Io. Ant. de Nigr. in cap. ad hoc enim 106. vbi ponit tres opiniones, & concludit, quod quando quis habet copiam iudicis, & potest probare de suo credito, tunc non est licitum furari, quia debet debitore in iudicio conuenire, & contratiaciens puniri, non tamen pena furti, sed alia extra ordinem, & ad hoc alleg. Alex. in consil. 135. col. 3. vol. 1. quæ sequitur Fab. de Motel. in pract. arb. p. 5. n. 10. fol. 437. vbi loquitur de famulo furante domino pro suo salario, & vide in fi. n. 87.

Item adde, quod rem suam occupatam per alium non licet domino furari. Alex. conf. 135. vol. 1. Capol. consil. 26. Plot. in l. si quando, num. 851. Menoch. de recuper. possess. remed. 2. num. 284. Bertaz. conf. 8. nu. 36. Baiard.

Consequi non poterat. Ut in casu notabili, in quod consuluere Cepol. in consil. 26. & Alexan. 135. lib. 1. quos sequitur Iac. in l. etiam, C. eodem. Giach.

Et hæc est communis opinio. Pupitur tamen criminaliter talis creditor iuxta l. fin. ff. de vi. priuileg. ex Bass. tit. de decret. Mediol. numero duodecimo post medium, sic etiam licet mulier, quæ tamen mortuo marito bona exportauerit, non possit

possit de furto puniri, tamen teneatur actione rerum amotarum, Text. in l. qui seruo, §. itera placuit, ff. de fur quem expendit Fely. in cap. primo col. quinta, verific. amplia etiam de offic. delegat. Non tamen teneatur crimine expilata hereditatis, Menoch. de arbitra. iudic. libro secundo, centuria tertia, cas. 300. in fin. imò rapiens ab inuito, rem propriam perdit. Text. in l. si quis in tantam. C. vn. de vide. Quid autem si pretium rei furatæ a fure auferatur, utrum dicti pretij furatæ rei, furtum committatur? Quod sic est tex. in l. qui vas, §. cū fur. ff. de fur. & præsupponit Martinus de Garraus inter consilia criminalia diuersorum, consil. 61. sub. numer. 5. volum. 1. At si quis pro suo credito, etiam ad stratam vitapiat à debitore, utrum puniri possit, ut latro? Quod non: Luchinus de Curte inter consilia criminalia diuersorum, consilio 44. volum. 1. Drog.

Excusatur autem fur. Et de mercatore, qui habebat quemdam iuuenem ad bancum suum, & dominus dedit ei ducentum ducatos, ut numeret eos Sempronio, & couertit in vius suos, vide omnino per Iason. col. fin. in leg. si ego, ff. si cert. pet. Item, fur quando non sit conueniendus vide per Ange. de Aret. §. quæ de fullone, in l. i. titu.

Excusatur autem fur. Et de mercatore, qui habebat quemdam iuuenem ad bancum suum, & dominus dedit ei ducentum ducatos, ut numeret eos Sempronio, & couertit in vius suos, vide omnino per Iason. col. fin. in leg. si ego, ff. si cert. pet. Item, fur quando non sit conueniendus vide per Ange. de Aret. §. quæ de fullone, in l. i. titu.

Item excusatur. De qua re vide Aret. in §. 1. num. 8. in l. i. de fur. Bern. Rosi.

Item excusatur si probet. Ad hoc idem adde, & vide adde, quæ dixi in sing. meis, sing. 52. si formato processu, vbi etiam habes, quando credendum sit furi de credulitate, quo ad Domini consensum. Giach.

Item excusatur si probet. Adde tamen quod idem capiens rem alterius, domo sciente, presente, & non contra dicente, non teneatur de furto, secundum Archid. in cap. penale, 14. quest. 5. si prohibere poterat: secus, si ob timorem non contradiceret, quia non habetur pro consentiente, Abb. & Fely. in cap. nonne, col. 5. versic. Fallit tertio, de præsumpt. sed Rimin. iun. in consil. 106. num. 2. tom. 1. consil. diuers. crimin. parue Impress. dicit, quod taciturnitas non habetur pro consensu, quoad alterius delinquentis excusationem; nisi alia concurrat præsumptio cum taciturnitate, ut in surripiente rem meam, quia non intelligitur consentire, nisi forte esset filius, vel alia persona coniuncta, quia ratio coniunctionis inducit præsumptionem certantis doli, Bald. in l. si sine, columna secunda, C. ad Velleianum.

84 *Item tamen adde, quod vicini, qui scienter receptant res furti, Julij Clari Sentent. Pract. Crimin.*

libr. 1. resol. cap. 2. post numer. 15. versic. Quarto eodem. Item excusatur, si probet quod rem ipsam, de cuius furto impunitur, accipit de voluntate domini, cuius errat, ad hoc enim, ut dicatur furtum, requiritur, quod contrectetur res aliena inuito domino, & propterea Iaco. de Aret. tradidit cautelam furi, ut faciat, quod dominus protestetur, quod illam accepit de eius voluntate. Sed certè hæc excusatio in practica parum prodesset: nam illud dictum Iac. de Arena de consuetudine non seruatur, ut dicit Ang. in leg. inter omnes. §. rectè numero 5. ff. de furtis, quem refert Aug. ad Ang. de malefic. in verb. Comparent, & produxerunt instrumentum pacis, post numerum 12. & Anan. in rub. de furtis, numer. 40. Et contrarium tenuit Bar. in dict. §. rectè numero primo, quod scilicet hæc protestatio domini non excusaret furem, quod minus esset de furto condemnandus: quæ doctrina Bartol. est communiter approbata, ut dicit Cur. iun. in leg. 1. numero 5. Cod. de fur. quem refert Dn. Ant. de Padilla in l. transigere, numero 105. C. de transac. illam etiam teneri per omnes attestatur Villapan. in rep. l. 22. capit. 23. numer. 5. nisi tamen, ut subiicit Bar. ibi. vbi contra talem protestationem concurrerent etiam alie coniecturæ, & verisimilitudines, puta, quia esset eius consanguineus, vel amicus, vel solitus talia donare, vel quod res esset modici valoris, vel huiusmodi: tunc enim posset excusari, & sic videtur dicendum, quod hoc relinquatur arbitrio iudicis, & ita esse communem opin. attestatur Fely. in cap. nulli, numer. 5. de præsum. quem refert Publ. super consuet. Auer. 26. col. 1. in fin. & Bos. in tit. de fur post numer. 58.

ratas a filijs, ab vxore, marito, vel patribus furantibus, teneatur pena furis, glof. & Castren. in l. eos, C. de furt. & Rimin. iun. consil. 106. in princ. tomo 1. consil. diuers. crim. parua impress. Baiard.

Et contrarium. Vide quæ infra, quæst. 58. in princip. scripsi fol. 195. Rosi.

Posset etiam allegare furtum esse domesticum, & ideo non debere puniri, per tex. in leg. respiciendum. §. furta. ff. de pan. Sed certè hæc etiam excusatio parum prodesset: nam hoc de consuetudine non seruatur, nisi in leuib; & ita furtum laqueo suspensus quidam famulus, cui dominus pecuniam tradiderat, ut alteri muuaret, & ipse illam in vsus suos conuerterat, pro quo famulo fuerat aduocatus D. Ioan. de Imola, prout ipsemet Imol. recenset in l. si tibi dederim, ff. de don. & in leg. Cassius. ff. de solutio. quem refert Igneus in l. 1. in princip. numer. 91. & seq. ff. ad Sylla. subdens quod ita etiam Rorbomagi fuit pluries iudicatum: hoc idem recenset Iason in leg. eius qui duas verò, numero 7. ff. si cerpet. Idem etiam seruatum fuit in quadam ancilla, quæ furata fuerat domino suo certam quantitatem auri, & argenti, & fuit laqueo suspensa, ut refert Chassa. super consuetud. Burgun. fol. 48. num. 37. & de alia ancilla idem seruatum fuisse in ciuitatem Neapolis attestatur Afflict. super. 1. part. constitutionum regni, rubr. 63. numer. 12. & Boer. decis. 316. post numer. 7. refert quod quidam famulus pro furto fuit transmissus ad triremes perpetuò. refert etiam Papo libr. 23. tit. 5. Arresto 2. quod quidam mulaterius, qui domino suo furatus fuerat nota-

85 *Et c.* Adde tamen quod idem esset, si dominus sibi accommodaret equum, vel que ad villam quia de facili potuit credere, quod concessisset in longius iter, ita exemplificat Aret. in §. furtum, Insti. de oblig. quæ ex delict. numer. 3. & ibi dicit etiam quod præsumptio iuris est contra furem, quod ipse crediderit, dominum non permittitur, quia nemo præsumitur iactare suum, & quod talis protestatio domini rei furatæ nihil operetur, nisi si concurrentibus alijs adminiculis, & remittatur arbitrio iudicis, an sit credendum: idem tenuit Menoch. de arbit. Iudic. cas. 298. & ibi in fine dicit, quod licet in his quæ ab animo nostro dependent, assertioni cū iuramento credatur, illud tamen non procedit, quando adest præsumptio in contrarium, ut in furto, & ita etiam declarat Crauet. in consil. 225. numer. 9. & consil. 271. column. vi. & Nati. consil. 230. numero 6. volum. 1. Sed quomodo procedendum sit in casu prædicto, & similibus iudicis, quando comodatarius, aut creditor, aut depositarius vitatur re commodata, pignore, vel deposito eo vsu, cui proprie res ipsa destinatur, & ad quem dominus ipse his rebus uti solebat, late per Coenar. var. resolut. libr. 3. c. 15. num. 80.

86 *Item tamen adde, si quis committeret furtum in domo amici, non excusaretur, postquam furtum detectus, si confiteretur, & diceret iocose fecisse, nisi illud probaret, cap. 1. de præsumpt. & glof. in l. si non conuinit, C. de iur. Baiard.*

Posset etiam allegare. Quid de nuntio, qui rem ad alium perferendam interceptit, vel in vsus suos conuerit, dicit, quod committeret furtum, licet nuntius debeat portare pecuniam ad certam personam, ut legitur, & trad. in l. si is cui te. C. de furtis, & seruo corr. vbi vide per Iacob. de S. Georg. Sed quid si pecunia nuntio fuerat numerata, vide per Crauet. suo consil. 244. column. quart. in fin. versic. Postremo Vxor vero, & no.